



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. VII. Quamdiu Christus maneat in Eucharistia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

DUBIUM VII.

Quamdiu Christus maneat in Eucharistia?

Resp. Manet sub speciebus, etiam divisiis
sub quavis earum minima parte; donec tantas
rum fiat mutatio, ut consueta substantia panis
vini corrumperetur. Ita commun. cum S. Telesio.
Et est certum. Unde resolues.

I. Gratia datur in prima manducatione, etiam
primae partis, cum sit totum Sacramentum. Ma-
ducatio autem, dicitur trajeccio ex ore versus sto-
machum, et si alii dicant gratiam tum primum
dari, cum pars aliqua est in stomachum requa-
*Dian. p. 3. t. 6. misc. R. 96. ex Henrig. Syl. & Fe-
gund. Item Card. de Lugo d. 12. f. 2.*

II. Species non sunt retinendae in ore tam di-
donec penitus pereant: quia tunc non mandu-
ceretur Christus: nec gratia Sacramenti confere-
tur. Utique neque, si moriaris dum hostia adhuc
in ore. *Dian. l.c. contra Becc. cap. 22. v. Bon. d. 4.
f. 5. p. 2. n. 2.*

III. Si quis partem vini, vel hostiae, sumpsisse
et indispositus, & deinde se disponeret, acciperet
adhuc gratiam in sumptione alterius parti.
*Quod etiam aliqui, ut Gab. Cajet. & alii, proba-
biliter dicunt futurum, si se disponat ante, quam
species consumantur in stomacho. Dian. l.c. 8. 46.
ex Nugno v. Card. de Lugo d. 12. f. 2. n. 46. & 53. &
64. ubi illud posterius negat. v. Bon. l.c.*

VI. Noe

VI. Non videtur reprehendendus laicus, qui desiderat esse Sacerdos, ut possit communicare sub utraqne specie, quod poterit plus gratiarum dari sub utraque, quam una: quia id fieri, non est improbatum, ut docet: *Vasq. Mar. Card. de Lugo d. 12. f. 3.* & alii. Uti nec carpenda devotio illius, qui multum materiae sumit ad consecrationem, eamente, ne tam cito in stomacho species consumantur, & sic diutius secum Christus maneat, & sepius gratiam augeat: quod fieri non est improbatum, si dispositio subjecti fiat melior, ut docet *Suar. Con. item Fagund. & Beca. apud Dian. p. 3. d. 6. misce. R. 97.*

V. Species per vomitum rejectae si tales sint; ut sub illis panis, vel vinum posset existere, vere sunt adorandae; & si iterum sumantur, iterum conferre gratiam, docet *Cardin. de Lugo loc. cit. n. 53.*

VI. Etsi, si modicum vini consecrati misceatur perfecte cum alio liquore, ita ut non maneret substantia vini, desinat ibi esse Christus, non tamen desinit, si misceatur cum vino alio, saltem ejusdem speciei *Card. de Lugo d. 10. f. 3.*

Unde si gutta consecrata lapsa sit in dolium vini ejusdem speciei, totum illud viuum adhibendum tantum est pro sacrificio, licet quidam dicant bibi posse a laicis.

VII. Si species consecratae liquorem specie diversum sibi permixturn convertant in vinum, similis substantiae ei in quo facta est consecratio, species priores manent consecratae, non item posteriores adjunctae,

Bb 7 CA-